

presens fui, & hanc cartam mihi iussa rogatus tradidi, & scripsi.

Finium terminatio inter Commune Aquense & Montaboni. Ex Tabulario, Civit.

80

MCCCXCIV.

In nomine Domini Nostri Amen. Anno Domini MCCCXCIV., indictione II., die VI. februarii. Cum certe, & plures discordie verterentur 10 inter commune Aquis & Montaboni occasione certorum confinium in valle Potazani Mattheus Ajnardus, & Joannes Blexius Sindici Aquenses, & Georgius Ennofrius ex DD. Montaboni suo nomine, & Bartholomeus Lechatus findicus . . . dicti loci . . . elegerunt Dominum Antonium Sansonum Vicarium illustris Domini Marchionis Martisferrati, Dominum fratrem Franciscum ex nobilibus dicti loci Montaboni, Laurentium de Gisonibus . . . Castellatum Aquis, Benedictum Besurium de Aquis, 20 & Johannem Tencham de Montebono in eorum arbitros &c. Actum Aquis in Platea juxta Ecclesiam S. Marie de Lodomio. Ego Bartholomeus Baitanius de Saona Notarius &c. Eodem anno die VIII. februarii Nos Antonius Sansonus &c. sententiamus Quod a rocha Rapeya usque ad Scaronum discoopertum a terminis supra sit commune Aquis, a dicto termino infra versus Fossatum sit nobilium, & Comitum Montaboni.

Item quod a dicto Scarrono usque ad dictum fossatum Culicunii infra sit illorum de Montabono, & a termino supra sit illorum de Aquis, qui de Aquis ibi a termino supra teneantur facere, & tenere semper unam bonam viam, amplam, per quam unus carrus libere possit pertransire, & predictam viam illi de Montabono pertransire possint, sicut hactenus consueverunt. Actum in castro civitatis Aquis presente nobili Domino Georgio dela Salla, Augustino Carlevario Petri Paule ambobus de Aquis, Ennofrio, & Joanne ex dominis Montaboni, 40 & Thoma Lecato findico nobilium, & Communis Montaboni, & Joanne Bellexio findico Communis Aquis.

Ego Bartolomeus Baitanus &c.

Ego Jacobus Balbus de Montabono &c.

Confirmatio immunitatum facta incolis Monasterii ab Antonio de Carreto M. Saone ex autographo Tabul. M.M. de Ruvere.

81

MCCCCXIV.

Anno Domini MCCCCXIV., indictione VII., die XX. maji. Actum in castro Monasterii S. Juliae constituti Emanuel, & Bresanus Calceatus de dicto loco Monasterii Consules ante praesentiam spectabilis, & magnifici eorum Domini, & dicti loci Domini Antonii de Carreto marchionis Saonae qui praefatus Dominus Marchio motus cordiali amore appro- 60 bavit predictas omnes immunitates quas dicta universitas in ipso loco habent quod praedicti homi-

nes de Monasterio habeant, teneant omnes, & singulas terras, possessiones, quae, & quas habent seu quasi ab Abbatibus Monasterii S. Juliae, sive a dicto Domino Antonio, sive a Dominis dicti loci qui Sindici promiserunt dicto Domino Antonio, & successoribus suis brandonum unum de cera ponderis librarum octo bonae cerae reddere omni anno in festo Nativitatis Domini.

Locatio praebendae sancti Donati facta a Gulielmo Episcopo Betlemitano Archipresbitero Bistagni. Ex protocollo Jac. Bascheriae penes Ill. V. D. Lupum C. Moirani.

MCCCCXIV.

82

Anno Domini, indictione II., die XXIII. mensis julii. Actum Aquis in contrata porte, videlicet in domibus residentie Reverendi in Christo Patris, & Domini Gulielmi Betlemitani Episcopi presentibus testibus Gulielmo de Alba familiari Domini Jacobi ex Marchionibus Malespine. Quorum presentia Reverendus in Christo Pater, & Dominus Gulielmus Episcopus Betlemitanus per se, & successores ejus dedit Presbitero Urbano de Rollandis de Bestagno Archipresbitero plebis ejusdem loci presenti, & recipienti &c. in vita ipsius Urbani prebendam in Ecclesia sancti Donati positam in, & super finibus Bestagni cum omnibus, & singulis bonis, rebus &c. Versavice Dominus Presbiter Urbanus promisit, & convenit dicto Domino Episcopo recipienti dare singulis annis nomine fictus, & redditus pro ipsa Ecclesia, & prebenda januinos duos, & tertium unum auri boni, & ponderis &c.

Conventiones initae inter Civitatem Aquarum, & Oppidanos Ponzone. Ex Tabul. Civitatis.

MCCCCXXVI.

83

Anno MCCCCXXVI., indictione XV., die XVIII. mensis marcii. Actum in civitate Aquis in palatio, ubi jus redditur presento Johanne Sismondo, & Francisco Ainerdo Notariis civitatis Aquis, Antonio de Gigla de Ponzone, Benedicto Balbo de Tercio, Johanne Tavella dicto Badino de Vixono, Petro de Carato de Alice, & Petro Mollo de Meladio testibus vocatis, & rogatis. Cum 50 certe differentie verterentur inter Commune, & homines civitatis Aquis & Commune, & homines Ponzone occasione certorum pactorum initorum inter predictas Communitates, & tunc Dominos de Ponzone, de quibus patet publico instrumento anni MCCCXI., indictione XIII., die Veneris XXV. mensis augusti etiam pretextu quarundam consuetudinum, quas asseriebant fuisse diutius usitatas inter dictas Communitates. Ecce quod viri nobiles Johannes Bellexius, Jacobus Sismondus, & Venentinus Bessuricus cives Aquenses, & Franciscus Alexander, Christoforus Bencjus, & Jacobus Ricinus de Ponzone tractatu